

§. II.

OFFICIA ERGA DEUM.

XXV. Actiones et sensa per *genuinos de Divinitate conceptus* determinata, Officia erga DEUM * vocantur, et iuxta D. Pauli effatum FIDE, SPE, CHARITATE absolvuntur.

* Triplex officiorum divisio, pro diverso hominis *ad se ipsum, ad alios et ad DEUM* respectu, usu iam dudum recepta est: existimamus tamen, hoc discrimen non ab officiorum natura, sed a proximo motivorum et finium nexu atque ab eo, ad quod immediate diriguntur, obiecto repetendum esse.

XXVI. DEUM quam penitissime nosse princeps hominis cura esto: Ad scopum hunc feliciter obtinendum ratio pura et empirica non equidem spernendum, se sola tamen valde imbecillum præstat adminiculum.

XXVII. *Fides ex auditu*: Facta autem Christi Revelatio mox ut homini cum *sufficienti certitudine* innotuit, imponit eidem gravissimum tum studiosæ recognitionis tum absoluti assensus officium. *

* Ni-